

cūsti ad quem omnes episcopatus et prelationes omnes ecclesiasticis ordi-  
 nis reducantur. Iuxta illud 1. petri ij. Conuersi estis nūc in pastores episcopi animarum  
 vestrarum. Vnde super illo uerbo iohannis christi. Pasce oues meas. de gloria et finito pre-  
 dicatione omnium soli petro commendauit christus et nulli alteri. cuius premissio est  
 in 1. petri v. de pascite quod in uerbo est gregis dei. Super quod uerbo etiam de gloria  
 quod sicut dominus soli petro totius gregis curam habere iussit. ita petrus sequentibus pas-  
 toribus ecclesie iure mandauit ut eum quisque qui secutus est gregem dei sollicitus gubernatio-  
 ne pasceret teneat. Ad primum ergo est dicendum quod uerum est in illa suffla-  
 tione spiritus sancti apostolos esse factos a christo sacerdotes et episcopos et in sacerdo-  
 cio receperunt potestatem ordinis respicientem christi corpus uerum et in episcopatu re-  
 ceperunt potestatem ordinis respicientem christi corpus multum. Vnde tota potestatem  
 ordinis immediate a christo recipiunt. Verum potestatem iurisdictionis que pos-  
 sent potestatem ordinis exequi in causa vel in tali materia non receperunt nisi a pe-  
 tro post missionem spiritus sancti. Vnde super illo uerbo luce ultio. Vos autem sedete in ci-  
 uitate quoad usque induamur uirtute ex alto de crisostomo. sicut milites iua-  
 sores multos nemo finit exire donec armati sint. Sic et apostolos ante spiritus sancti  
 descensum christus egredi non permisit. Planum est autem quod post missionem spiritus sancti solus  
 petrus fuit caput apostolorum et omnium populorum remansit. Ad id est dicendum quod pre-  
 dicare euangelium pertinet ad potestatem clauium. Solum autem petro potestas clauium com-  
 missa est ut patet matthei xi. Et ideo illa destinatio predicatores mar-  
 tialis intellegebat esse habenda auctoritate petri. Ad tertium est dicendum quod uerum est pau-  
 lum immediate a christo fuisse electum et ideo non expediebat ut ad petrum iret excep-  
 turus ab eo predicandis officiis quod tamen ipse fecit quia contulit cum ipso et cum alijs a-  
 postolicis de euangelio quod predicabat gentibus in quo ostendit ut iherosolimitane  
 se non habuisse securitatem euangelij nisi esset auctoritate petri a aliorum aposto-  
 rum uoluntatum.

Ad id est sic predictum videtur enim quod in apostolis perfectior fuerit status religionis  
 quam prelationis quia status perfectior consistit in caritate. si caritas dei cui in-  
 sistunt religiosi est perfectior quam caritas proximi cui insistunt prelati. perfectior  
 ergo fuit in apostolis status religionis quam prelationis. Prelati insistunt  
 uite actiue. religiosi uero uite contemplatiue. si perfectior est uita contemplati-  
 ua quam actiua luce. Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea.  
 Prelati possidere temporalia non autem religiosi. perfectior ergo erat in aposto-  
 lis religionis status quam prelationis. In contrarium est quia prelatorum est a-  
 lios predicare. religiosorum autem quod solum sunt in seipsis perfecti. Sed longe maior  
 perfectio requiritur ad predicandum alios quam quod quis in seipso sit perfectus.  
 Et dicendum quod sicut super dictum est. Apostoli fuerunt uocati ad statum religi-  
 onis et ad statum prelationis. Si ergo fiat comparatio de statu uero respectu